

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXI

urn:nbn:de:bsz:31-97032

Cynodii supererit magnitudinem. In Neapolitano regno crassa crusta est. Ea terræ operta dodrante & tepida aspersa irroratione, quarto post die fungos edit. *Scaliger exerc.* 18 t. f. 1. Necesse vero est, seminatum quoddam existere, virtutemque ex suo promere siue aqua aspersa tum materiam & nutrimentum adserente, tum *ωραγενηπικην* quandam. *Libav.* l. 2. Epist. Chym. 30. Si decoquuntur, aut succus exprimitur, arborumque affundatur stemmatibus (in faginis praecipue obtinet) magno numero fungi inde nascentur. *Sennert. de conf. & diff. chym.* c. 12. In Aquilonaribus partibus sub polo frequentes sunt Magneticæ, quibus si adhaereant fagi in Magnetæ mutari. *Olaus* l. 12. c. 1. autor est.

C A P U T X X I.

D E G U A I A C O & G E N-
T I A N A.

GVaiaci ligno in signis ad arcendam luem Veneream facultas. In Italiam primo ingressu timide propinabatur, Panis & uvæ passim modico circumscibebatur diæta, & quadraginta dierum in tenebris assignabatur domicilium, tanta scrupulositate, ut ne aeris quidem claritatem inspicere licuerit. *Mathiol. in lib. 1. cap. 3.* Observatum post erratum, & gallinarum caro adhibita, sed sine vini haustu. Primus *Mathiolus* tentavit cum successu, servavere & alii. *Gentiana cruciata* alias dicitur S. Ladislai Regis herba. Ferunt tota Hungaria à Tartaris pulsum, fugisse in Daciam urbem Claudiopolim. Iste in familiaritatatem divitis pervenit, Compaterque ejus evaluit. Ejus auxilio fugati iterum Tartari. In fuga numeros aureos, quos ex præda colegerant in Aradiensi abjecere campo, remorram insequentibus. Petiit Rex à Deo, ut in lapides mutarentur. Factum. Hinc ingens horum ibidem numerus. Afflita paulo post sevissima peste Hungaria obi.

obtinuit à Deo, ut, quam herbam sagitta in aërem emissa, tangeret delapsa, remedium illa esset malo. Cedit in Cruciatam, & ejus usū fugata è regione pestis. Hæc ita dicuntur. *Camerar. Centur. 3. memorab. f. 23.*

CAPUT XXII.

DE GENISTA, GUAO, GIN-
GIBERE, HYPERICO
& HYOSCIAMO.

TRIBUS à *Genista* sede pedibus, uno mense, ante & post Calendas Iunii rapum quoddam invenitur, unius cubiti altitudinis, locis saxosis & arenosis. Si contundatur, & succus expressus, qui vino limpido est similis, totius anni spacio in vitrea recondatur lagena, generosi contra pestem remedii munus obtinet. *Guao* Mexicanis Tlatlatian dicta, arbor est folia rubra, villosa, & nunquam decidentia ferens. Succus ejus adeo causticus, ut animalia & homines si sub illa dormiant, pilorum faciant jacturam. Fabrorum qui illam contrectant, manus & ora ita inflantur, ut multis diebus non detumescant. *Cimicibus* etiam infesta esse dicitur. *De Laet lib. 1. America cap. 1.* *Gingiber* radix est, quæ geniculatis reptit internodiis, foliis arundinaceis, quæ bis terve in anno revirescant. *Mathiol. lib. 2. cap. 154.* Est nonnihil in sapore discriminis, cum præcox eruitur. Oportunum demetendi tempus, cum radix inaurierit, alioquin & cariei & terebini obnoxium. *Hyperici* & semini & floribus mira ad vulnera sananda facultas: præter ea, quæ in capite. Adeo illud odiſſe Dæmones scribunt, ut ejus suffici statim avolent. Superstitiosum puto, Idem de *Helyne* dicitur, in recentibus præsertim vulneribus. Recens semiconclusa vulneri si adalligetur, & tertio solvatur die, non erit alio medicamento opus. *Math. in lib. 4. cap. 81.* *Hyosciamus* mentem cum quadam verborum altercatione abalienat. Hinc nomen Alterci. Idque